



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



AD LECTOREM.



PROETER vulgatum illud Chronicon Prospero
 Aquitanici, quod S. Hieronymi chronico sub-
 iungitur, Pithæus aliud edidit Prospero Tironi-
 quitano inscriptum, longè diuersum ab illo, Pro-
 nobilissimus & exquisita eruditionis ocellus
 Velserus Duumuir Augustanus, misit nobiscum
 cē M. S. Augustani Monasterij SS. Afra & Valtrici: ubi Eusebii
 & S. Hieronymi chronici subiunctus Prosper; hoc titulo: In-
 ex chronicis Tironis Prosperi, chronicorum Eusebii
 poribus prætermisissis. Hic Prosper, nouo Tironis nomine aut
 licet cum vulgato illo in multis ne verbo quidem discrepet, tamen
 quibusdam minutior est, in multis verò longè auctior, præsertim
 finem, ubi insignis accessio. Quare dignus visus, qui lucem videret
 bono historiae publico. Et vt singula conferre possis, sigillarim dabo
 primo veterem editionem, Vricianum secundo loco apographum, se-
 rio Pithæi Tironem. Vnum moneo; & præmunio contra id quod
 currere queat docto lectori: Gennadius Presbyter Massiliensis asserit
 mat se legisse chronicon Prosperi ab orbe condito vsque ad captam
 Vandalis Romam. Hoc si verum, dicet quis, necesse est, Prosperum
 scripsisse copiosius quoddam chronicon; cuius initium non à Valeriano
 morte vt hic, sed ab orbe condito: ita vt hæc tria chronica vel
 ex his, sint illius membra, hætenus non nisi mutila. Pithæus quidem
 sui Tironis, quem dedit, chronicon, putat esse germanum membrum
 amplioris illius, quod ab orbe condito ad captam à Vandalis Romam
 Gennadius se legisse testatur. At quid quid sit de hoc, vt ego pro
 id asseram, Gennadius certè non me mouet; & quo minus moueat,

cit hoc nostrum *Vlricianum Tironis apographum*, ubi in fine hac, in nulla *Prosperi* editione hactenus lecta: Collecta ergo omnis summa annorum ab Adam usque ad *Wandalorum* perditionem sunt anni *V. M. DCC. XXXIII.* Quae verba respexit proculdubio *Gennadius*. Neque hoc sine exemplo. Nam (ut notavimus in *Victoris Tunnunensis* chronicon, quod nuper cum *Biclarensi*, *Luitprando*, & *Synodo Bauarica* edidimus) *Isidorus* lib. de *viris illustrib.* cap. 25. dicit, à *Victore Tunnunensi* scriptam esse historiam ab orbe condito usque ad primum *Iustini iunioris* annum; cum tamen *Victor* nullo modo ab orbis ortu ordiatur; quippe qui testatur ipse, finem *Prosperi* sibi esse principium scribendi. In fine verò, prorsus eodem modo sicut *Prosper* colligit numerum annorum ab *Adam* usque ad *Iustinum*. Et hoc est quod ait *Isidorus* *Victorem*, & *Gennadius* *Prosperum* scripsisse ab orbe condito. Neque aliud hic requiras mysterium. Unde etiam patet, illa quibus *Vlricianum apographum* ceteris auctis est, verè esse *Prosperi*, quippe quae *Gennadius* legit. Adscribam autem verba *Gennadij* catalog. illustr. vir. *Prosper* homo *Aquitanae* regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus, multa composuisse dicitur. Ex quibus ego *Chronica* nominis illius praetitulata legi: continentia à primi hominis conditione iuxta diuinarum *Scripturarum* fidem, usque ad obitum *Valentiniani Augusti* & captiuitatem urbis *Romae* à *Genferico* *Vandalorum* rege factam.



R 3

PRO.

V. G. G. J.
S. J. J.
S. I. V.
24